


1430. die 1. Augusti

Ex Orig. arch. Regni.

35.

Consensus ad eximendum oppidum re-  
ginum Mszeye in districtu Poznanien-  
si, Castellano Poznanienensi Datus.

 Vladislavus Dei gratia Rex Poloniae et  
Lithuaniaeque princeps supremus et haeres Rus-  
siae etc. Significamus tenore presentium  
quibus expedit Universis. Quomodo perpenden-  
tes grata et stitiosa obsequia, et multipli-  
cum meritorum studia constantiam, quibus  
majestati nostrae magnificus Martinus de  
Skawsko Castellanus Poznanienensis miles no-  
ster sincere dilectus placere meruit, et in  
futurum aucto fidelitatis ipsius studio pre-  
stantius poterit complacere, horum intuitu,  
volentes ipsum specialium gratiarum  
nostrarum prosequi favoribus, et ad servi-  
tia nostra reddere promptiorem sibi oppi-  
dum nostrum Mszeye vulgariter nuncupa-  
tum in terra Majoris Poloniae et Districtu  
Poznanienensi situm cum villis ad ipsum spe-  
ctantibus, videlicet Kathaie, Lelygniew, Poddai-  
nyno, Chrostow, Mowawyesz et Smylowo,  
quae nunc ibidem sunt, et quae in futurum  
ipsius cura sollicitudinis in locis desertis  
Districtus dicti Oppidi, seu infra metas ei-  
jussidem de nova radice erigi poterint et  
locari de manibus strenui Petri Cordebog  
Subcamerarii Poznanien in quingentis mar-  
cis maris monetae communiter in regno  
currentis exemere et liberare indulsumus,

et



et tenore presentium indulgemus. Quodquidem  
oppidum et villas ad ipsum spectantibus pre-  
fatus Martinus cum suis successoribus in  
dictis quingentis marcis, moneta et nume-  
ri Polonicae, cum omnibus ipsorum  
censibus, fructibus, redditibus molendinis  
et eorum emolumentis, agris, pratis, cam-  
pis, sylvis, nemoribus, borris, gajis, vena-  
tionibus piscinis piscaturis, et generali-  
ter cum dicti Oppidi, et villarum ad i-  
psum spectantibus, utilitatibus et pro-  
ventibus universis, tenebit, habebit, uti  
fructur, ac quiete et pacifice possidebit,  
tandem, quousque sibi aut proximioribus  
suis dicta quingente Marcae per nos aut  
successores nostros integritate fuerint  
persolutae, quibus solutis possessio dicti  
Oppidi, et villarum ipsius ad nos et suc-  
cessores nostros reverti debet pleno jure,  
Stationibus tamen nostris Regalibus no-  
bis de ibidem dari solitis in omnibus sem-  
per salvis, harum quibus sigillum nostrum  
appensum est testimonio literarum. Da-  
tum in Janiccia ipso die ad Vincula Sancti  
Petri apostoli feria tertia. Anno Domini  
millesimo quadringentesimo tricesimo.

Ad relationem Venerabilis Ma-  
stai De Oporem Regni Poloniae  
Vicesancellarij.

Ta Kopia przepisana Koryginata pargami  
nowego annihilowanego dnia 28. Sierpnia Roku  
Panskiego 1784. o którego pieczęć odwołana.